



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Concha Dvodecim Margaritarvm

Coloniae, 1649

Margarita VI. Ocylorvm Cvstodia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55155](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55155)

OCULORVM CUSTODIA.

1. **N**unquam in plateis hærens curiosiosa aspiciam; nec oculos, sine necessitate, hac, vel illac, circumuoluam.

2. In templo oculos tantum hærens fixos, vel pio libello intentos: vel in altare, aut imaginem aliquam, aut concionatorem defixos habebō.

3. Si quæ turpiora, ex hominum, vel animalium motibus, gestibus, salubus, nuditate visa &c. in mentem incurrerint, mox meas cogitationes ad vulnera crucifixi conuertam, aut alio modo ista prorsus excludam.

4. Nunquam turpiores imagines, aut libros minus castos intuebor, si potuero igni tradam.

5. Nunquam ego in me, vel in alio, ullam partem corporis nudam aspiciam, ne pedes quidem surgendo, aut me exuendo, nisi summa sit necessitas.

6. Cum muliere, loquens ex necessitate, aut cum virgine agens, nunquam faciem eius fixis intuebor oculis.

VIRTVTAM.

II

7. In mensa , aut comedendo aut bibendo , oculos non facile circumuoluam , neque vltra mensam intendam.

8. In scholis non intendam oculos , nisi in Magistri cathedram , aut in libros meos , aut aliquam imaginem.

MARGARITA VII.

SILENTIVM.

Actus.

1. **M**Ane non facile cum aliquo garram , nisi post lotionē , aut peractam orationem . hoc etiam post vespertinam orationem seruabo.

2. Tempore studiorum cum socijs nunquam verbum faciam nisi sit summa necessitas , & tum id modeste agā , ne alios interturbem.

3. In templo nunquam verbum dicam , quòd non sit ad Dei cultum.

4. In scholis nec ante lectionē , nec sub lectione inutiliter cum vlllo fabulabor ; sed si quid dicere necesse sit , id modeste faciam , nisi cum magister inslerit , aut aduersarius prouocarit.

5. In plateis breuissimus ero in sermonibus , nec , nisi charitas , aut huma-

ANAS